REGULAE MONACHORUM (BASILIUS. COLUMBANUS. PORCARIUS. CASSIANUS. AUGUSTINUS. PS. MACHARIUS ETC.). ISIDORUS HISPALENSIS

1. Hälfte 12. Jh. Seite 57v

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36553
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

manducandum est nec ipse esce corridit preparande. ut possint
apponi et assumi; Certa tempora spatia secundum precep-
tum apostoli in utroque operum deputanda. diuina quoque can-
tica etiam manibus operantes. interdum tamquam diuino celeumate
decantanda; Si autem adista uacare seruos dei certis inter-
uallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit. Cur non et pre-
ceptis apostolicis obseruandis aliquas partes temporum deputamus
Citius enim exauditur una obedientis oratio. quam decem milia
contemptoris; Cantica uero diuina cantare etiam manibus operan-
tes facile possunt. et ipsum laborem tamquam diuino celeumate
consolari; An ignoramus omnes opifices inquibus uanitatibus et plerique;
etiam turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda et lin-
guas suas. cum manus ab opere non recedant. Quid ergo impedit
seruum dei manibus operantem in lege domini meditari et psallere nomi-
ni domini altissimi. ita tamen ut ad ea discenda quae memoriter recol-
lat. se posita habeat tempora. ad hoc enim et illa bonorum opera fidelium
subsidio subplendorum necessariorum deesse non debent. ut
hora quibus ad erudiendum animum ita uacatur ut hoc et si illa ope-
ra corporalia agere non possint. non obprimantur egestate; Cui
Cur delectentur lectioni uacare. quique uerso otio eidem lectioni
op: temperare desistunt. Qui autem se dicunt uacare lecti
oni. nonne illic inueniunt quod precepit apls. Quae ista est
puerilis lectioni nolle optemperare. dum uult ei uacare.
Et ut quod bonum est diutius legatur. ideo facere nolle qd
legitur. Quis enim nesciat tanto citius quemque proficere.
ut cum bona legit quanto citius facit quod legit. 8 Si ero-
gandi diuini sermonis amore lectionis studium se dare respon
derint audiant quod omnes non possunt implere. cur omnes sub
obtentu lectionis otii delectatione torpescant. Quod et
si omnes ad hoc opus idonei essent. uicissim utique utroque
operi inseruirent Si autem alicui sermo erogandus
est et ita occupatur ut manibus operari non uacet. numquid
hoc omnes in monasterio post uenientibus adsentia alio genere